

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus qui intitulatur Fedus christianu[m]

Alantsee, Ambrosius

Augustae Vindelicorum, 1504

VD16 A 1215

Capitulum primum de pace mala

[urn:nbn:de:bsz:31-309435](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309435)

Fedus christianum

Capitulum primū de pace mala

Psalmi
ita:

Hiero.

Pax mala est pax peccatorum qui in rebus malis & in peccatis quietem & tranquillitatem querunt: ac sibi ipsis consenciant. Qui dicunt pax pax: et non est pax. Quia non est pax impijs dicit dñs: Zelavi super iniquos (inquit psalmista) pacem peccatorū videns. Benedictus redemptor noster. de hac pace loquens ait: Nolite putare. quoniam veni mittere pacem in terram: sed gladiū. Hieronimus: Bellum bonū missum est. vt rumpe- tur pax mala. Hanc pacem peccatores querunt

Quidam in terrenis diuitijs;

Quidam in carnis delicijs.

Quidam in mundanis fastigijs.

Quidam in vulgaribus amicitijs.

Et quidam in quibuscumque alijs facinoribus:

Primo hanc pacem quidam querunt in terrenis diuitijs. vt auari. Sed profecto hec pax semper cum conscientia litigat: et iugiter in homine interiori rixatur. Etiam si carcat bosse cum quo exterius decertet. Quia grandis ardor inest in acquirendo. Ingens labor in discurrendo: Timor formidolosus in possidendo. Decors dolor in amittendo. Anxietas multa in relinquēdo diuitias. Timet auarus potentem ne rapiat. Pauperem ne furetur ac subtrahat. Versum aut tineam ne corrodat. Incendium ne consumat. Ibi nulla est pax vera atq; tranquillitas. vbi mens nunq̄ sine solitudine vigilat: neq; corpus vera somni suauitas recreat. Nec copia terrena appetitum faciat ac terminat. Vnde ius uenalis. Crescit amor nummi. quantum pecunia crescit. Auarus enim nunq̄m implebitur pecunia. Sed continuo amore habendi cruciat. Eo q̄ ignis in eo flagrat qui nunq̄ dicit sufficit. Nam animā dei capacem. q̄dquid deo minus est. implere non potest. Immo (sicut dicit aug⁹) egestas est in deo est pax vera.

Inuenio
lia

Augu.

Secundo quidam homines mundani querunt hanc pacem in carnis delicijs vt voluptuosi. sed non inueniunt. Nabet enim hoc omnis voluptas. q̄ stimulis agit fruentes. Aculeus sub melle latitat. In appetitu viget anxietas. Et penitudinem habet facietas. Ibi ul

Capitulum primum

la requies, nulla vera iocunditas. Morebrutoꝝ voluptuos
si lasciuunt discentis ventribus. Sed eorum voluptates
turpes habent exitus. Plures enim fm augusti. crapula q̄
gladio moriunt. Hinc est q̄ in ecclesiastico scribitur. ppter
crapulam multi perierunt. Et cum tales dixerint pax et secu-
ritas. repentinus eis superueniet interitus. Non enim (vt
ait apostolus ad ro. viii.) regnum dei esca et potus. sed pax
et gaudium in spiritu sancto. Sic tractandum est corpus vt
seruiat: non nutriendum vt lasciuat aut rebellet. Qui seruū
suum delicate nutrit. in fine sentiet eum contumacem. Ha-
benda est cura carnis in necessarijs. sed non est fouenda in
desiderijs. verū exercenda est salubribus disciplinis. Libus
quanto honestius ⁊ ordinatius ingeritur. tanto facilius di-
geritur. et corpus dulcius sopitur. et somniorum honestas
exoritur. cum minoris afflictionis tedio surgitur. robustius
q̄ laboratur. Jocūda pax atq̄ tranquillitas mentis et mem-
brorum et sobrietate ac parsimonia nascitur. Sed crapula.
ebrietate. atq̄ lasciuia pax ista perturbatur et eliminatur.
Tertio homines mundani querunt hanc pacem in terrenis
fastigijs et honoribus. vt superbi: Semper enim vt cancer
serpit ambitio Qua crescente tanto longius a pace se homo
reperit. quanto magis in mundanis honoribus desiderij
suum figit. Ad verum honorem et pacem ille facilius per-
tingit. qui pro deo omnia spernit. q̄ is qui amfraetiosa via
circuiens mendicat suffragia. vt ad optatam pueniat digni-
tatem. Qua etiā adepta nec pax. nec mentis quietudo sequi-
tur. Quoniam hī tales non salutem corporal em aut spiri-
tualem. aut quietum atq̄ pacificum conuictum subditorum
querunt. Nec verbo bone doctrine. nec exemplo irreprehen-
sibilis vite. Nec cōsilio. nec subsidio subditos. sed seipos pa-
scūt In seipis pacem nō hñt. Nec in alijs pacē fouent. Quia
viā pacis nō cognouerunt Sed cōtritio ⁊ infelicitas in vjs
eorū: et nō est timor dei ante oculos eoz. Qui reuera ad hono-
res minime currerent. si timorē dei ante oculos haberent: Et
terreret eos mentis impuritas. p̄na imbecillitas Et oneris
difficultas. Nam qui principatum in terris querunt. et ma-
gis p̄cesse q̄ prodesse cupiunt. nō pacem sed confusionem
in celo inueniunt. Et ad confusionem tartaricam currunt.

Augu.
Ecclī.

Apl's

Fedus christianū

Quia non ex deo sed ex seipsis regunt. Cum tamen ambitio honores possidere non debeat: Et neminem honorem assumere nisi qui ut aaron a deo vocat apostolus paulus iubeat.

- Par Sophistica** Quarto hanc pacem malam quidam querunt in vulgaribus amicitijs. Sed hec pax sophistica est Quia amicitiales fortuna accedente accedunt. fortuna recedente recedunt. Hanc pacem christus arguit. quando per os dauid propheta dixit. Homo pacis mee in quo sperabam. magnificauit super me supplantationem. Et iterum. Michi quidem pacifice loquebantur et in iracundia terre. id est terrena loquentes dolos cogitabant: Nihil loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. De huius fictis et sophisticis amicis. mala pace copulatis dicit Iere. ix. Sagitta vulnere rans lingua eorum. Dolum locuta est: In ore suo pacem cum amico loquitur: et occulte ponit ei insidias.
- Dauid**
- Iere. ix.**
- Par diabolica** Quinto hanc pacem aliqui querunt in quibuslibet alijs facinoribus. Sed hec pax diabolica est: Quia emulatores pacis huius instar diaboli letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis. Non enim est pax impijs dicit oratio Isaie. xlvij. Corruptam namque talium mentem vicij. quam remordet iugiter conscientie vermis: pacem habere et in pace quiescere. impossibile est. Et tamen ceci tot tantisque malis culpe pressi. in suis sceleribus putant se pacem habere. Sed quomodo pacem habet. qui gladium in corde cauteriate conscientie portat: Qui in spinis pungentium peccatorum iacet: Cuius lectus plenus est serpentibus venenosis: Qui inter leones et dracones versatur: Qui latrones habet in domo: Qui suos hostes seuiosimos sentit contra se crudelissime furentes: Qui videt gladium vlcionis diuine vibrare super se. Et horrendam foueam abyssalem igne et sulphure succensam ad absorbendum paratam infra se: Quomodo talis pacem habebit. qui deo pacis auctori resistit. Quis ei restitit inquit Job. iij. ca.) et pacem habuit: Gregorius ait. Peruersa mens unde contra se auctorem erigit. inde se in semetipsa confundit. Que habere pacem resistens non potest Quia dum superbiam confusio sequitur. quod stulte per culpam geritur. in agentis penam mirabiliter ordinatur.
- Isaias**
- Job. iij. c**
- Grego.**
- Hanc pacem malam populus christianus rosco cruore iesu

Capitulum secundum

christianitas, in vna sancta ecclesia dei et fide catholica unitus, iugiter sequitur. Et ideo desponde et miserabiliter mutua et continua cede trucidatur. Nulla protectione ab alto contra feritatem infidelium iuuatur. Sed in continuâ seruitutem, et miserâ captiuitatem redigitur. Et regio christiana ense teucorum depopulatur. Hanc calamitatem Jeremias propheta defleuit atq; despondendam monstrauit. qm̄ **Jeremias** ca. ix. dixit. Quis dabit capiti meo aquâ, et oculis meis fontem lacrimarum. Et deslebo die ac nocte interfectos populi mei: Si fideles atq; christiani malâ ac falsam pacem abijcerent. Et in vera caritate ac pace firma se conglobarent, nemo ambigat quin contra infidelium immanitatem ab altissimo (a quo solo est vera victoria) auxilium efficaciter sentirent: protectionemq; experirentur:

Capitulum secundum de malis que pacem nostram perturbant.

Pacem christianam et signanter cordis internam quinq; mala potissimū perturbant. Scz.

- Hostilis malignitas.
- Penalis aduersitas.
- Perversa societas.
- Status nostri dubietas.
- Et affectionum varietas &c.

Primo pacem nostram perturbat hostilis malignitas. Nam demones de statu pacis et felicitatis eiecti, pacem nostrā multipliciter perturbare moluntur. Hinc est q. j. pe. v. dicitur. **j. pe. v.** Aduersarius vsq; diabolus tanq̄m leo rugiens circuit querens quem deuoret. Qui (vt inquit p̄ta) insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Et ideo nobis necessaria est strenuitas ad defendendū. Quoniam (sicut dicit lu. xi.) **Lu. xi.** cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt ea que possidet. Id est cum vir iustus, fortis per gratiam, armatus virtutibus, custodit atrium cordis sui, ne ex aliqua sui parte diabolus ingressum inueniat. Tunc in pace sunt ea que possidet, tā spūalia q̄ temporalia, potissimū tñ spūalia que sunt vera aie possessio. Sic q̄ppe armatus bestia terre id est diabolū